Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0004-8

# MEMORIÆ HENDRICHIANÆ SACRUM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0005-4

MEmoriam POCULI MIRACULOSI cras recolet
Oldenburgum
quod Ottoni Comiti in venatione ſitienti oblatum fuerat
Memoriam POCULI MIRACULOSI cras recolet
Altenburgum
quod conſilium & opem ſitientibus oblatum erat.
Illud poculi accepti, hoc amiſſi recordatur.
Hæc enim ipſa dies eſt,
qua ſuperiore anno perdidimus
Poculum
quo delectabantur Principes Saxoniæ,
in quo terris ſuis bona quævis augurari ſolebant. vid. Gen. XLIV. v. 5.

*Illuſtrem ſcilicet atque generoſiſſimum Dominum,*

DOMINUM

# JOH. CASPARUM AB HENDRICH,

Toparcham in Knau, Zſchöpperitz & Raſephas,
Conſiliarium Saxo-Gothanum Intimum,
Cancellarium per Ducatum Altenburgenſem eminentiſſimum,
Illuſtris Hagio-Synedrii Præſidem,
Redituum Provincialium Directorem graviſſimum,

Nec

Nec Oldenburgum plures lætandi habet, quàm Altenburgum lugendi cauſas
Utriusque eadem eſt facies, unus decor.
illud â virgine, ſive ſpectro virgini ſimili, porrigebatur
Hoc vera virgo, Aſtræa, quaſi à Deo acceptum, tradebat.
Illud ex metallo duplici conflatum videbatur
Inſcriptio ipſa appellabat argentum auro oblutatum
HENDRICHIUS argentum variæ & ſolidæ eruditionis oſtendebat
ſed hoc auro optimo obductum,
aureas virtutes intellige,

Pietatem inprimis, & juſtitiam clemementiâ ſubactam.

Illud variis imaginibus ſuperbiebat
Templa, turres, arces & diverſa apparebant animalia
In Noſtro varia meritorum ornamenta
*Templum*, quoniam Eccleſiæ curam egit
*Turris*, quia reipublicæ ſalutem ſuſtinuit
*Turris*, quia multorum miſerorum confugium fuit
*Arces*, quoniam virtute in Principum aulis inclaruit
*Leo*, ut robur animi & conſtantia in æquitate exſcribatur
*Aquila*, ut præter Nobilitatem, notetur ſumma mentis ſagacitas.
*Phœnix*, ut immortalem poſt fata gloriam depingat
*Ciconia*, ut inuſitatum in ſuos amorem & pietatem adumbret.
In poculo illo, quaſi Circæo, potus Stygius erat
toxicum videlicet præſentiſſimum
HENDRICHIUS nihil propinabat, quod non ſalubre eſſet & ſuave.
Virgo domui Oldenburgicæ felicitatis apicem ex poculo ſuo promittebat
Noſtri dexteritas Altenburgico Ducatui felicia quævis non promiſit,
ſed reipſa & ex omnium voto exhibuit

VOS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0007-5

Vos itaque

# EMINENTISSIMI AULÆ ET URBIS
# PROCERES,
## GRAVISSIMI LYCEI NOSTRI EPOPTÆ,
### OMNES DENIQUE OMNIUM ORDINUM DIGNITATUMQUE
### ET LITERATI ET LITERATORUM
## FAUTORES

prout beatiſſimum Dn. CANCELLARIUM
in vita vel cultu & amore complexi
vel veneratione proſequuti fuiſtis
ita poſt fata quoque probabitis,
quam grave Vobis fuerit,
tantum Juſtitiæ vel poculum vel cornu amiſſiſſe.
Fiet illud, Viri optimi maximi
ſi ſermoni panegyrico incomto & feſtinato
quo craſtina luce, audita pomeridiana IIda
in Acroaterio Lycei majore
memoriam HENDRICHIANAM utcunque recolam
gratioſè, benevolè & amicè intereſſe
univerſumq; actum ſplendida & honorifica veſtra præſentia
illuſtrare dignabimini
quod ſubmiſsè, officioſè, & amanter
rogitat

**Joh. Chriſt. Wenzel, D. Lyc. Altenburg.**
Director.

---

*P. P. d. XIX. Julii MDCCI.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0008-1

78 M 330

Sb.

ULB Halle 3
005 018 48X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0009-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690017-p0010-1

2

# MEMORIÆ
# DRICHIA-
# C SACRUM.